

U 276/1

SESSION 2012

ÉPREUVE À OPTIONS

VERSION LATINE ET COURT THÈME

L'usage de la calculatrice n'est pas autorisé

DURÉE : 5 heures

Tournez la page S.V.P.

I. VERSION LATINE

L'État romain et la langue grecque

Magistratus uero prisci quantopere suam populiue Romani maiestatem retinentes se gesserint hinc cognosci potest, quod inter cetera obtinendae grauitatis indicia illud quoque magna cum perseuerantia custodiebant, ne Graecis umquam nisi Latine responsa darent. Quin etiam ipsos, linguae uolubilitate, qua plurimum ualent, excussa, per interpretem loqui cogebant non in urbe tantum nostra, sed etiam in Graecia et Asia, quo scilicet Latinae uocis honos per omnes gentes uenerabilior diffunderetur. Nec illis deerant studia doctrinae, sed nulla non in re pallium togae subici debere arbitrabantur, indignum esse existimantes inlecebris et suauitati litterarum imperii pondus et auctoritatem donari. Quapropter non es damnandus rustici rigoris crimine, C. Mari, quia gemina lauru coronatam senectutem tuam, Numidicis et Germanicis inlustrem tropaeis, uictor deuictae gentis facundia politioem fieri noluisti, credo, ne alienigena ingenii exercitatione patrii ritus serus transfuga existeres. Quis ergo huic consuetudini, qua nunc Graecis actionibus aures curiae exurdantur, ianuam patefecit ? Vt opinor, Molo rhetor, qui studia M. Ciceronis acuit : eum namque ante omnes exterarum gentium in senatu sine interprete auditum constat. Quem honorem non inmerito cepit, quoniam summam uim Romanae eloquentiae adiuuerat.

Valère Maxime

II. THÈME

Si mon dessein était d'écrire pour le public, je choisirais un sujet plus intéressant que celui de ma vie ; mais comme ce n'est que pour ma famille et mes amis, je crois que je ne puis rien faire de plus agréable pour eux et de plus commode pour moi, que de leur raconter naïvement les divers événements qui me sont arrivés.

H. de Campion, *Mémoires*